



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

248 Hospitalia quatenus cum beneficiis permutari possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

248
Hospitalia
quatenus cum
beneficiis per-
mutari pos-
sint.

249
Res tum spi-
rituales tum
prophane seu
temporales
quomodo per-
mutentur quo-
ad eam pro-
prietate per-
petuam.

250
An res diuer-
si generis in-
ter sese permut-
entur.

rectè permutari cum beneficiis hospitalia illa
quæ in beneficia conceduntur, qualia recitan-
tur J. de religiosis domib. d. c. 2. §. vt autem.
eo quòd sint instar beneficiorum; alia verò ho-
spitalia nequaquam; cum beneficiorum dum-
taxat inter sese permiffa fit permutatio, quate-
nus de clerici titulo quæritur. Sin de rerù ipsa-
rù proprietate perpetua inter veros dominos
permutanda quæritur, vt si duo monasteria
vel alię duę Ecclesię duas Parœciales Ecclesias
hinc inde sibi subiectas, vel duos Prioratus, vel
alias domos religiosas, inter sese velint permutare,
dubiũ non est quin vt spirituale cum spiri-
rituali sic etiam tēporale cum temporali per-
mutari possit iuxta c. ad quæstiones. de rer. per-
mut. Sed in hoc genere quæritur, an vt iure
Pontificio valeat rerum ipsarum inter se per-
mutatio, necessarium sit vt res illę sint eiusdem
vtrinque generis, vt pote calix pro calice, do-
mus pro domo, Ecclesia pro Ecclesia, sicuti de
permutatione beneficij præcisè cum beneficio
diximus, an verò generis quoque diuersi res
inter sese permurentur, veluti calix pro casula,
vel aliis vestibus quibuscumque sacris. Ac ve-
rius est, permutationem in rebus diuersi quo-
que generis consistere, quemadmodum per
iura ciuilia rectè scyphus permutatur cum Sti-
cho vel cum libris vel rebus aliis, vt & vinum
cum bobus l. naturalis. in princ. vers. sed si scy-
phus. π. de præscriptis verbis. & §. item pre-
tium. in fin. Instit. de Empt. & vendit. dūmo-
do res prophane non dentur pro sacris, vt iam
scipius